

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Christoph Cellarii erleichterte Lateinische Grammatik

Cellarius, Christoph

Leipzig, 1786

VD18 13013459

Passivvm.

urn:nbn:de:gbv:45:1-15329

Futurum.

Si *amauero* (*veris, verit*) iustitiam, laudabis me (te, illum.)
 Si *laudauerimus* (*veritis, verint*) praeceptorem, ille nos
 amabit.

IMPERATIVVS.

Ama, (*amato, ate, atote, anto*) non solum qui te (vos)
amant, sed etiam qui oderunt.

INFINITIVVS.

Video te *amare* bonas artes, et audiui, te nunquam *ama-
 uisse* ignauiam, itaque spero, te etiam in po-
 sterum semper diligentiam *amaturum esse*. Au-
 diui, vos Deum *amare, amauisse*, itaque spes est,
 vos eundem etiam semper *amaturos (as)* esse.

GERVNDIA.

Est quidem saepe occasio *peccandi*, sed semper est necessi-
 tas Deum *amandi*. Homo impius non est
 aptus *ad Deum amandum*. Omnia *conando*
docilis solertia vincit.

SVPINA.

Venio *salutatum* praeceptorem, dum redeo *obsonatu*.
 Praeceptor est dignus *amatu*.

PARTICIIPIA.

Puer *amans* virtutem semper laudatur. *Amaturus* virtu-
 tem, Deum antea amet.

PASSIVVM.

PRAESENS INDICATIVI.

Amor a patre, quia me diligentem esse putat.
Laudaris a praeceptore, si probus et diligens es.
Lectio recitatur a discipulis, quos praeceptor laudauit.
Laudamur saepe tantum ab iis, quos nos laudamus.
Amanini a Deo in omnibus calamitatibus.
 Mane *salutantur* patroni a clientibus.

Imperfectum.

Laudabar heri ob diligentiam meam.
Amabaris a parentibus ob modestiam tuam.

Frater

Frater meus nuper *salutabatur* ab inimico suo.
 Ego et frater meus *amabamur* a parentibus.
 Vos non *laudabamini*, quia fueratis petulantes.
 Milites *incitabantur* ab imperatore ad fortitudinem.

Perfectum.

Amatus sum a te, ut tu *amatus es* a me, sed improbus
 condiscipulus a nullo *amatus est*.
 Nos quidem *laudati sumus*, quia frequentabamus scholas,
 vos vero nunquam *laudati estis*, quia scholae
 a vobis nunquam *frequentatae sunt*.

Plusquamperfectum.

Laudatus eram a patre, tu soror *amata eras* a matre, quia
 schola a nobis *frequentata erat*.
 Nos *amati eramus* ob bonam indolem. Vos *amati eratis*
 ob diuitias. Milites *amati erant* ob industriam
 et fortitudinem.

Futurum.

Amabor ab omnibus, si fuero diligens. Tu *laudaberis*,
 si fueris laude dignus. Frater meus *amabitur*,
 si aderit.
Amabimur semper, si semper erimus probi. *Laudabimini*
 ob probitatem. In posterum *frequentabuntur*
 scholae diligentius.

CONIUNCTIVVS.

Praesens.

Opto, ut *amer* a principibus ciuitatis. Nescio, an *lauderis*,
 quia dubito, an schola a te *frequentetur*.
 Operam dabimus, ut *amemur* a praepatore, et ut vos ab
 eodem *laudemini*. Omnes sic esse debent, ut
amentur a praefectis suis.

Imperfectum.

Pater meus heri optabat, ut *laudarer*, et ut tu *laudarevis*
 a praepatore, nesciebat vero, an frater noster
laudaretur.
 Si a vobis *laudaremur*, vos *amaremini* a nobis. Vtinam
 vero etiam inimici vestri a nobis *amarentur*.



Perfectum.

Nescio, an vnquam *amatus sim* a tuo patre, et an tu *amatus sis* a mea matre, sed non dubito, quin frater noster ab vtrisque *amatus sit*.

Nescio, an *laudati simus* in vrbe, sicut et nescio, an vos *laudati sitis* in schola, sed non dubito, quin fratres nostri vtrouque *laudati sint*.

Plusquamperfectum.

Si *laudatus essem* a te, tu quoque *laudatus esses* a me, vterque autem *laudatus esset* ob diligentiam.

Vtinam *amati essemus* a vobis sincere! Vos sane *laudati essetis* a praeceptore, si laude essetis digni. Nisi fratres nostri laude indigni fuissent, *laudati essent*.

Futurum.

Quando *amatus fuero* a te, gaudebo. Si tu *laudatus fueris* a praeceptore, amaberis a patre. Nisi *amatus fuerit* frater meus a te, vix te redamabit.

Si *incitati fuerimus* a praeceptore ad diligentiam, meliores erimus. Nisi *incitati fueritis* ad improbitatem, non petulantes eritis. Raro laudabuntur homines, nisi ante *amati fuerint*.

IMPERATIVVS.

Dicis: *Amare* a meis parentibus.

Deus dicit ad nos: *amamini* a meis angelis.

Amator (i. e. ameris) a matre, quia es pius.

Frater meus *amator* (i. e. ametur) a patre, quia amore est dignus.

Amaminor a vestris parentibus, si digni estis.

Omnes parentes *amantor* a suis liberis.

INFINITIVVS.

Video, te *amari* (i. e. quod ameris) ab omnibus probis.

Audio, vos *amari* (i. e. quod amemini) a praeceptore.

Non dubito, praeceptorem *amari* (i. e. quin praeceptor ametur) a discipulis.

Audiui, Reges Galliae *laudatos esse* (i. e. quod laudati sint) a ciuibus suis.

Scio, te *amatum esse* (i. e. quod amatus sis) a praeceptore.

Spero,

CONIUNCTIVVS.

Si vis, vt *doceam* fratrem, *doceas* me ante; nisi hoc tibi placet, rogabo praeceptorem, vt me *doceat*.

Caueamus peccata, nam tam vos nihil magis habetis, quod nobiscum *caueatis*, quam alii *caueant*.

Tacerem delicta tua, si tu *taceres* errores fratris tui, et eum rogares, vt in posterum *caueret* errata.

Pater rogauit nos, vt *federemus* apud filium, et vos, vt *maneretur* apud filiam, ne vtrique *timerent* fures.

Dubito, vtrum *timuerim* magis, quam tu *timueris* canem, an canis nos *timuerit*.

Nescio, an fratres *docuerimus*, an vos eos *docueritis*, an ipsi *docuerint* se.

Non *timuisseni* calumnias tuas, si *tacuiisses*, et libenter frater meus *prohibuisset* loquacitatem tuam, si *potuisset*.

Magis *doluisseni* fratrem mortuum, nisi nos *prohibuissetis* et nisi parentes nostri nos *docuissent*, non nimis esse dolendum.

Si *docuero* te, et deinde tu *docueris* fratrem, et frater *docuerit* condiscipulos, laudabimur.

Non dubito, quin *nocuerimus*, aut vos *nocueritis*, aut illi *nocuerint* interdum fructibus in agro.

Imperat. Infin. Gerund. Sup. Part.

Time peccata, imo ea *caueto* omni diligentia. Vos autem *docete*, imo *retinetote* omnes homines, ne peccent; nemini *placento* peccata.

Nolo te *docere*, quia frater meus dixit: te nunquam in schola *tacuisse*, nec sperat vnquam alium quendam *docturum esse* te, quia tacere non potes.

In schola est tempus *tacendi*, discipulus ibi aptus fiat ad *docendum*, quod est vtile; nam *docendo* discimus.

Praeceptor *docens* discipulos *tacentes*, eos semper amabit, et discipulus alios quondam *docturus* in schola taceat.

PASSIIVM.

Ea *doceor* a patre, quae tu *doceris* a praeceptore, et quae soror *docetur* a matre. *Docemur* autem pietatem,